



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 4. Quomodo dividitur Lex?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

Hier. supra cit. & ex S. August. lib. de S. Virginit. c. 14. *Præcepto quisquis non obtemperat, reus est, & debitor pœnæ.* 2. Quia Lex, ac præceptum est usus, & applicatio juris, quod habet Superior ad obligandum subditos. Item est ordiuatio Superioris habentis potestatem, & voluntatem efficacem obligandi, eamque subditis declarantis: at voluntas efficax supposita potestate inducit effectum. 3. Lex divina naturalis, & positiva præcipit, ut justis Superiorum præceptis obtemperemus. Quare violatio cujusvis Præcepti etiam humani est transgressio Legis divinæ, ideoque offensa Dei, & peccatum.

Q. 4. *Quomodo dividitur Lex?*

*Resp.* Dividitur in divinam, quæ à Deo, & humanam, quæ ab homine sancita est. Lex divina subdividitur in æternam, naturalem, & positivam. Positiva in veterem, & novam. Vetus est ea, quam Deus dedit Moyfi per Angelum, & per Moyfen Israëlitis. Nova est ea, quæ à Christo lata fuit omnibus hominibus, & per Apostolos promulgata. Lex humana subdividitur in Ecclesiasticam, quæ scilicet fertur potestate Ecclesiastica, & Spirituali, ut Papæ, Concilii, Episcopi: & in Civilem, quæ fertur potestate Sæculari, ut Regis, Principis, &c.

SEC.